



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

142. An qui pollutionem habuit cum puero nondum doli capaci, vel cum  
fœmina dormiente, vel cum bestia circa concubitum, teneatur in  
confessione præter, pollutionem has circunstantias explicare? Et ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

**A**ffirmatio respondet Cutellius in Addit. §.1. ad Praet. 4. Mancini dub. 138. vbi sic ait: Si quis peccatum mollitiei cum tercia persona consummatum committat, an circumstantiam tertiae personae fateri teneatur?

2. Respondebat negatiuè Reginald, cum talis circumstantia distinctam speciem à peccato mollitiei non constituit, nisi forte illam tertiam personam ad hoc minimè paratam induixerit, quia tunc rūmā spiritualiter proximi in tali specie peccati, cuius ipse cauſa fuit, fateri teneatur, Reginald lib. 22. n. 49. veritatem a igitur, verum quia hoc peccatum mollitiei cum tercia persona, ac cum tactu eiusdem consummatur, hanc circumstantiam speciem mutare potest, ac proinde in confessione voti peccatum carnis cum puer extra vas consummatum explicari debet. Ita Cutellius. Sed ego in tali casu licet cum ipso putem circumstantiam tertiae personae, cum qua fuit consummata pollutione esse in confessione explicadā, quod ipse Reginaldus etiam fatetur, exstreme tamen optime Reginaldum opinatum esse mollitiae cum tercia persona consummatum non esse alterius speciei; quia vt ex Nauariorum obseruat Filius tom. 2. tractat. 30. cap. 8. n. 153. licet mollitiae maius peccatum sit, quando cum alterius opera contingit, propter participationem alterius peccati, non tamen ob id fit alterius speciei, nisi copula fodiomita, aut fornicularia accederet; sed de hac quæſtione inferius iterum redibit sermo.

### RESOL. CXLII.

An qui pollutionem habuit cum puer nondum doli capaci; vel cum femina dormiente, vel cum bestia circa concubitum, teneatur in confessione preter pollutionem has circumstantias explicare?

Ei doctrina huius Refol. subtilis est, & curiosa. Ex part. 7. tract. 1. 2. & Msc. 3. Refol. 1. 5. alias 1. 3.

**C**ommuniter respondent affirmatiuè, licet contrarium ex sententia Caetani in 2. 2. quæf. 134. art. 11. dicendum videatur; sed qui hanc difficultatem, doctè, vt semper solet, explicat Pater Dicastillus de inst. lib. 1. dispu. 3. dub. 18. num. 28. 2. & sequent. idem eius verba hic per extensum apponit; sic itaque afferit: Cūm vitium mollitiae venere, & tunc constitutus ex voluntaria pollutione absque concubitu quocumque, nulla appetit differentia formalis (inquit Caetanus) quæ distinguat hanc speciem. Sicut enim sit procurata extrinseco adminiculo proprio, vel alieno per quocumque coniunctum, vel separatum instrumentum, dummodo abſit concubitus: sive sit procurata per solum interiore actum positivè, vel negativè; nulla efficitur diversitas species, & cistica, quoniam haec omnia materialiter, vel per actionem, & cibos, & cetera, idem se habent ad voluntariam seminationem abſque concubitu. Grauius tamen peccatum est cum alieno (etiam abſque illa alioqui concupiscentia alieni, aut fibi ratione coniugij non debiti corporis) adminiculo fit, ratione societatis in peccato alterius. Atque hoc intellige loquendo de tali specie peccati secundum se. Quoniam loquendo de eodem peccato, vt subordinatur morose delectationi, aut desiderio adulterii, recipit etiam adulterij deformitatem, & vt subordinatur morose delectationi, aut desiderio incestus, admittit deformitatem incestus; & sic de aliis. Hæc est doctrina Caetani, quam aliqui Recentiores approbant.

2. Probabilius videtur esse circumstantias species diversas, si quis pollutionem procurat proprii tactibus, quam si procurat tactibus alienis; & inter alie-

nos diuersam esse speciem, si procurat tactibus feminæ, quam viri; non enim solum est maior grauitas, aut duplex ratione peccati tum proprij, tum alterius; sed etiam malitia distinctæ speciei. Quod mihi persuadeo. Primo, quia tactus impudici habiti cum femina inixa communem sententiam, sunt quasi inchoata copula, & præviū actus ex se ordinati ad illam, etiam ex intentione operantis ad id non ordinuntur, vt in superioribus vidimus. Quod non habent tactus, qui solum habentur ab ipso se polluentes sine adminiculo alterius. Item (vt diceamus postea) accessus ad feminam in vafe præpostero non est propriæ species Sodomitæ; sed tantum accessus viri ad virum (teste eodem Caetano supra) est deformitas contra rectam rationem non seruando in copula carnali debitum sexum, ac proinde, nec debitum vas, seu instrumentum. In congressu tamen viri cum femina præpostero libidine solum est peccatum, aut deformitas contra naturam in non seruando debitum instrumentum, non vero in non seruando debitum sexum. Cum ergo in tactibus habitis cum viro sit deordinatio indebiti sexus non correlativa; quæ deordinatio non reperitur in tactibus cum femina; eadem ratione, atque in præpostero libidine diversificat species, etiam in tactibus diuersificabit. Confirmatur, quia non minus indebitum est naturæ, & generationi dissimilum præpostorum vas feminæ, quam præposteriorum vas viri, & nihilominus manente utrobique ratione indebiti, & dissimili, putat Caetanus & Recentiores diuersificari specie utrumque congressum, propter quod in uno sit feminæ cum viro, in altero viri cum viro; sed eadem ratione non minus indebiti, & dissimili naturæ & generationi sunt tactus cauſantes pollutionem adminiculo feminæ, quam tactus cauſantes pollutionem adminiculo viri. Ergo diuersificabuntur species, propterea quod unus sit, viri cum femina, & alter viri cum viro. Itaque, quamvis non improbabilem putem sententiam Caetani, multe probabiliore puto oppositam, quod attinet ad tactus.

3. In ordine autem ad confessionem, diuerso modo, in aliquibus philophandum est iuxta utramque sententiam, maxime si sequamur probabilem aliam sententiam, quod scilicet circumstantia aggrauantes intra eandem speciem non sint necessario explicanda in confessione. Iuxta sententiam ergo Caetani, & hanc, quotiescumque quis habuit pollutionem, sive per seipsum sine adminiculo alterius, tactibus, vel imaginatione tantum excitatus; & qui eam habuit cum adminiculo quidem alterius; sive peccato tamen illius, vt, si illam habuisset tactu alterius dormientis, & nihil sententis, aut pueri doli nondum capacis, & quod capit est, tactu bestiæ circa concubitum, seu congressum, non videtur teneri in confessione dicere aliquid aliud, nisi quod haberet pollutionem voluntariam; quod sane mihi durissimum appareat. Sed tota haec durities videtur inferri ex supradictis sententiis. Nam si ex uno capite circumstantia non mutant species, aut augmentes numerum peccatorum, non sunt necessariæ explicanda, ex alio autem capite pollutions absque concubitu quoquam non habent differentiam formalis quæ distinguat species, sive sit procurata extrinseco adminiculo proprio, vel alieno per quocumque coniunctum, vel separatum instrumentum, dummodo abſit concubitus, &c. vt dixi; sequitur, ea omnia non esse explicanda in confessione, cum species non mutant. In nostra vero sententia omnino explicanda sunt, cum mutant species, vt dictum est. Ergo, &c. Et haec omnia docet Dicastillus loco citato.

# Tractatus Septimus

414

4. Igitur ex supradictis appetet secundum Ca-  
jetan, polluentem se, & tangentem puerum, non  
dum dolii capace, vel verenda alicuius bestia, non  
teneri has circumstantias in confessione explicare,  
quia haec pollutiones inter se non differunt species  
qui tenent mutare speciem, affirmatiæ sententiæ  
adhaerent. Nota tamen sententiam Caetani quam  
probabilem putat Dicastillus, ut supra, vixit est,  
tenere etiam P. Azorium, & nouissime me citato  
Ioannem Caramuelum in Comment. ad Regulam D.  
Bened. disputat, 66. num. 983. sed in praxi puto non  
esse dicendum à contraria sententia tanquam pro-  
babiliore & taciore.

Pro hoc me  
citaro (up. in  
Refol. 133 §.  
vlt. & signa-  
ter in aliis  
§§. eius not.)

## RESOL. CXLIII.

An si quis cum Virgine copulam sodomitacum habue-  
rit, teneatur in confessione explicare circumstantiam  
virginitatis?  
Et cum sin docetur penitentem non teneri exponere se  
sodomianam habuisse cum feminâ, quia sodomia cum  
muliere, aut cum viro solum different in genere  
entis, non in genere moris. Ex part. 7. tract. 12. &  
Misc. 3. Refol. 16. alias 14.

Sup. hoc sup. §. 1. DE hoc casu interrogatus his diebus re-  
in Ref. 39. §.  
Secundo in-  
ferior prope  
finem à veri-  
tate. Notandum est.  
Sup. hoc sup.  
in Ref. 131. &  
in aliis Ref.  
& §§. eius  
annos.

D spundi negatiè, quia talis copula non  
habet specialem malitiam stupri, cùm non violetur  
integritas Virginis, & ideo in tali casu sufficiat,  
ut penitentis se acuerter habuisse, verbi gratia, semel  
copulam sodomitacum cum feminâ. Et hanc sen-  
tentiam docet Dicastillus de Iustit. lib. 1. disputat. 3.  
dub. 19. num. 328. & tanquam probabilem admittit  
Trullench in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. §. 2.  
num. 5. vbi sic ait: Si quis abutatur virgine sodomi-  
tice, etiam aliquam iniuriam faciat patri, non tam-  
en corrumpti claustrum virginale, nec reddet mihi-  
mus habilem ad matrimonium, proinde valde pro-  
bable est, non esse explicandum in confessione  
sodomianam commissam fuisse cum virgini, sed suffi-  
cit, si dicat esse cum feminâ. Ita ille. Et hanc senten-  
tiam ego etiam olim docui, & nouissime me citato  
docet lapientissimus & amicissimus Caramuel, in  
reg. D. Benedict. disput. 66. conclus. 12. num. 1013.  
qui etiam mecum docet penitentem non teneri ex-  
ponere se sodomiam habuisse cum feminâ, quia so-  
domia cum muliere, aut cum viro solum different in  
genere entis, non in genere moris; non secus, ac  
furari aurum, vel argentum, aut frangere ieiunium  
pane, vel piscibus.

## RESOL. CXLIV.

Vt quidam habebat magnam verecundiam, aperire  
in confessione se sodomiam commisisse cum vxore;  
questerunt à me per literas Doctorum opiniones cir-  
ca presentem casum.  
Et supponitur in dictam copulam sodomitacum vxorem  
consentire.  
Et cursim inferatur non esse explicandam personam,  
cum qua habita est sodomia, utrum videlicet sit  
masculus, vel feminâ; nam licet concubitus ipse  
cum feminâ non sit propriè sodomia, tamen ad so-  
domiam reducitur. Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3.  
Ref. 23. alias 21.

§. 1. Vppono, ut mihi asserabant in copulam  
sodomiticam vxorem consentire. Dico igitur,  
ex aliquorum Doctorum sententia, posse lu-  
pradicatum in tali casu asserere in confessione se com-

misisse peccatum contra naturam, ter, verbi gratia,  
vel quater, nihil aliud explicando. Nam Mazuchel,  
lus tract. de cas. refer. cap. 22. difficult. 1. num. 24 te-  
net contra Bonacinam non esse explicandam perfo-  
nam cum qua habita est sodomia, utrum videlicet sit  
masculus, vel feminâ; nam licet concubitus in  
iste cum feminâ, non sit propriè sodomia, tamen  
ad sodomiam reducitur; unde penitentis in Confes-  
sione satisfaceret, afferendo, peccavi toties contra  
naturam.

2. Quidam vero in casu de quo loquimur penitent  
non teneatur explicare se, esse vxoratum, tanquam  
probabilem admittit Machadus de Perfecto Confess.  
tom. 1. lib. 2. part. 3. tractar. 19. document. 5. num. 5.  
& sequent. vbi sic ait: Haec aduertitur, quia si qual-  
quiera de los casados tuviere copula con oro, que  
el compañoero, extra vas; segun doctrina comun-  
esta obligado a declarar en la confession, querer  
casado; porque de qualquiera manera que diana-  
da su carne con otro, haze agravio al compaño-  
e le qubrante la fe dada, por lo qual siempre u  
adultero.

3. Si la misma obligacion tenga de declarar la ci-  
muntancia de que era casado el marido, que con vu-  
luntad de su mujer tuvo copula, extra vas, con el-  
la: no es tan cierto entre los Doctores Sanchez, i  
otros comunmente son de parecer, que no solo la  
culpa, sino tambien que la tuya, extra vas, con su mu-  
ger, deve declarar, fundanse en que semejante ac-  
ceso es contra la fe del matrimonio, i por consi-  
guiente adulterio. San Augustin referido en el De-  
creto, expressamente dice, que este modo de actos  
entre los casados es mas graue pecado, que entre  
los solteros.

4. No obstante que lo contrario es probable; porque  
como enseña Santo Tomas, i todos los Doctores la fe  
del matrimonio solo contiene en si dos cosas.

5. La primera, que los casados se paguen fielmente  
el debito conjugal. La otra, que no dividan su fe-  
ne, teniendo copula con otras personas. Lo qual  
consta tambien de la definicion del adulterio, que  
como dice Pelagio Pontifice, i dexanos dicho articulo,  
es: Alieni tori violatio. Huc vñque Machad. Sed ego  
adhæreo opinioni Sanchez.

## RESOL. CXLV.

An pollutionem prævia, sed non intenta in chicitate  
nimis commissione, &c. sit in confessione aperte-  
da? Vel an sufficiat in tali casu se acusare de  
nimio potu, & cibo, & opus non sit explicare pol-  
lutionem?

Et docetur, quod verba impudica, cogitationes impu-  
& tactus, licet sint crimina mortalia, & sunt causa  
ordinata ad pollutionem, non tamen efficaciter  
illam influunt.  
Et notatur pollutionem prævisam, sed non inten-  
tam ex actibus peccatorios tantum venialiter in  
genere luxurie, non esse peccatum mortale, vix  
tactu leni, verbi gratia, manus, visus, verbis, le-  
ctionibus aliquantulum libidinosis, &c. Ex parti-  
tract. 7 Refol. 65.

§. 1. Respondeo negatiè: nam, quando causa supra-  
peccatum mortale pollutionem prævisa: non autem ut supra  
est in nostro casu, quando causa est mortalis in ebrietate,  
nimis commissione, &c. quia eiusmodi res ex parte  
propria ratione non ordinantur ad pollutionem; & in  
ideò non concurrent graviter ad ipsam pollutionem,  
sed leuiter. At pollutionis non est culpa mortalis, prout  
præcisè volita in causa leuiter illam efficiens. Ergo,  
&c. Et